



SACRA CONGREGATIO  
PRO DOCTRINA FIDEI

00193 Romae, die 6 novembris 1985  
Piazza del S. Uffizio, 12

RECEIVED

NOV 15 1985

BISHOP'S OFFICE

PROT. N. 469/818.

On registration fee (sent to the same number)

Excellentissime Domine,

Acceptis Tuis litteris diei 13 septembris h.a., circa causam dispensationis ab omnibus oneribus sacerdotalibus quae attinet ad Rev. Stephanum MILLER KIESLE, istius dioecesis, officii mei est Tecum communicare quae sequuntur.

Hoc Dicasterium, etsi gravis momenti aestimet argumenta adducta pro dispensatione in casu postulata, attamen necessarium censet considerare una cum oratoris etiam Ecclesiae Universalis bonum, et ideo parvi facere nequit detrimenta, quae dispensationis concessio in christifidelium communitate provocare potest, attenta juvenili praesertim oratoria aetate.

Oportet proinde hanc Congregationem subijcere huiusmodi casus accuratiori examini, quod longius temporis spatium necessario requiret.

Interim Excellentia Tua ne omittat oratorem paterna qua pollet cura sequi, eidem insuper apte patefaciendo rationem agendi huius Dicasterii, quod procedere solet habito prae oculis praepriis bono communi.

Hanc occasionem nactus, impensas aestimationis meae sensus Tibi obtestor, permanens

Excellentiae Tuae Rev. mae  
add. mus

*Joseph Card. Ratzinger*

Exc. mo ac Rev. mo Domino  
Dno Ioanni S. CUMMINS  
Ordinario

QUERCOPOLITAN.